

Franckesche Stiftungen zu Halle

Pavli Manvtii Commentariivs In M. Tvllii Ciceronis Epistolas Ad Diversos

Accedvnt Eivsdem Scholia Et Hieronymi Ragazonii In Easdem Ciceronis
Epistolas Commentariivs

Manuzio, Paolo

Lipsiae, A.C. MDCCLXXIX

VD18 90852230

Epistolae V.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:hbz:5:1-219543](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:5:1-219543)

EXPLANATIO.

[*Collega*] P. Lentulo consule, Ciceronis reditum enixe curante: vt ex epistolis et orationibus constat.

[*Mirissimam*] Quae mihi, antea dissidenti, spem attulit auxilii tui, fortasse oratio illa significatur, quam habuit primo consulatus die, referente de reditu Ciceronis collega eius P. Lentulo. vide pro Sextio c. 33.

[*Sum conatus* ERN. *Sum coactus*] Malo, *sum conatus*, vt est in quatuor antiquis libris: nam *coactus*, cum proxime dictum sit *inductus*, sententia non desiderat. *Conatus* autem significat, non inuitum Ciceronem scripsisse, inductum eius oratione mirissima.

[*Turum*] Clodiorum, cum esset filius P. Clodii.

[*Tuas inimicitias*] Fortasse quas cum C. Curione, qui de Dardanis triumphauit, acerbissimas gesserat.

vide Pedianum in commentario Cornelianae.

[*Magistratum*] Consulem P. Lentulum, qui cum primo consulatus die de reuocando Cicerone retulisset, confecta res non est, noctem sibi ad deliberandum postulante Sext. Atilio Serrano tribuno plebis, quem *Gauanium* appellat in oratione pro Sextio c. 34.

[*Reseruandorum* ERN. *Conseruandorum*] Sic in vno tantum vetere libro: cui potius assentior, quam reliquis omnibus, in quibus est, *re seruandorum*, aut, *reseruandorum*, dixit, habita ratione temporis omitti: quasi iterum seruandorum, quos antea non seruaueris, cum posses.

[*Non erit*] Exitium a P. Clodio impendere vniuersae reipublicae, dicit: siquidem plus possit vnus, quam consul, senatus, populus.

EPISTOLAE V.

ARGVMENTVM.

Omnia beneuoli animi signa in C. Antonium a se esse profecta, nullam ab illo relictam gratiam, ostendit: quod si gratum cognouerit se non esse ei defuturum. Commendat in extremo Atticum. Est autem hic Antonius, qui collega Ciceronis fuerat in consulatu, filius M. Antonii, summi oratoris, patruus M. Antonii, qui postea rem publicam oppressit. Macedoniam hoc tempore proconsul administrabat, Silano et Murena coss.

EXPLANATIO.

[*Imperatori*] Fortasse rem militarem feliciter gesserat, cum haec epistola scripta est: postea vero male pugnavit, nam triennio post, Caesare et Bibulo coss. idem damnatus est, quod in Thracia et Mysia

parum prospere rem gessisset. epitome Liuiana 103. Dio, Obsequens.

[*Nisi commendatitias*] Non igitur hae sunt commendatitiae, licet Atticus commendetur, argumentum enim hoc videtur, vt ei Cicero, Attico